§. 3. Ἐὰν συμφωνήσῃ ὁ μισθώσας, σίτου ποσὸν λαμβάνειν δῆλόν τιμήματι, καὶ ὑπερίθῃται, κινεῖ μὲν ἐπὶ τῇ μισθώσει ἀγωγὴν ἐπὶ πύσῃ ποσότητι, λογίζεται δέ, εἰ τι διέφερον τῷ μισθωτῷ, τὸν σίτον δοῦναι, μὴ χορήματα. τὸ αὐτὸ δὲ γίνεται καὶ τῆς κατὰ τοῦ μισθώσαντος ἀγωγῆς κινουμένης.

§. 4. Ἐὰν ὁ μισθωτὸς ποιήσῃ θυρίδας, ἥ τι ἕτερον προσθήσῃ τῷ οἴκῳ, περιαιρεῖ αὐτὰ διὰ τῆς κατὰ τοῦ μισθώσαντος ἀγωγῆς, διδοὺς ἀσφάλειαν περὶ τοῦ μὴ βλάψαι τὴν προτέραν ὄψιν.

§. 5. Ἐὰν ὁ ἑνοικος εἰσαγάγῃ κιβωτὸν κεκαλωμένην, καὶ στενώσῃ τὴν εἰσόδον ὁ δεσπότης, ἐνέχεται τῇ κατὰ μισθώσεως<sup>ε)</sup> ἀγωγῇ, καὶ τῇ παραστατικῇ, ἔφ' ᾧ δαπανήμασιν ποιῆσαι τὴν εἰσόδον εἰς τὸ ἐξενεχθῆναι τὴν κιβωτόν, εἴτε ᾗδαι, εἴτε ἡγνόει.

§. 6. Ἐὰν<sup>ε)</sup> δῖαιται εἰς ἐνιαυτὸν μισθωσάμενος ὅλον<sup>ε)</sup> παράσχω, τὸν μισθὸν, καὶ πέσῃ ἡ καυθῇ τῷ ἔκτῳ μηνί, ἀναλαμβάνω τὸ λοιπὸν, οὐ διὰ τοῦ ἐπὶ τοῖς μὴ χρεωστομένοις λόγον, ἀλλὰ διὰ τῆς κατὰ μισθώσαντος ἀγωγῆς· οὐ γὰρ κατὰ πλάνην, ἀλλ' ἐν προχρεία δέδωκα. ὥσπερ<sup>ε)</sup> εἶγε χρεωστῶν τις δέκα νομίσματα, κατὰ πλάνην παράσχω δέκα πέντε, οὐκ ἔχει τὴν κατὰ τῆς μισθώσεως ἀγωγὴν, ἀλλὰ μόνον τὸν ἐπὶ τοῖς μὴ χρεωστομένοις λόγον.

§. 9. 10. Ἐὰν<sup>ε)</sup> νοτάριος ἐπὶ μισθῷ παραμείνῃ μοι, καὶ πρὸ τοῦ χρόνου ἀποθάνῃ, χρεωστέται τὸν μισθὸν τοῦ ἐνιαυτοῦ, εἰ μὴ ἐν τῷ<sup>ε)</sup> αὐτῷ ἐνιαυτῷ μισθὸν ἔλαβε παρ' ἐτέρου. τὸ αὐτὸ καὶ περὶ συνέδρου τοῦ ἄρχοντος τελευτήσαντος· λαμβάνει γὰρ τὸ λοιπὸν ὁ ἄνθρωπος, εἰ μὴ συνέδρευσεν ἐτέρῳ.

εἰ καὶ ἐν ἀγνοίᾳ μισθώσω πίθους κεκλασμένους<sup>ε)</sup> ἔμισθωσά σοι πίθους, ἄγνων, τοιούτους τελεῖσθαι ἥτοι σαφροῦσθαι. ὁ ἀποτιθέμενος ἐν αὐτοῖς οἶνος ὑπὸ σοῦ, διέρρησε. κατασχέθησονται ἐπὶ τὸ διαφέρειν τῇ κοινούκῃ, οὐκ ἔχων παραίτησιν διὰ τὴν ἐπὶ ἐλαττώματι ἄγνοιαν. τοῦτο γὰρ Κάσιος βούλεται. ἕτερον ἐστίν, εἰ τόπον πρὸς νομὴν ἐπιτήδειον ἐμισθώσά σοι, ἐν ᾧ συνέβη τινὲς βλαβεράς εἶναι βοτάνας. ἐνταῦθα γὰρ, εἰ τὰ πρόβατα ἐτελεῖται, ἡ καὶ χείρονα γέγονε, παρὲς τὸ διαφέρειν, ἐν ᾧ ἡπιστάμεν, τοιαύτη φύσιν εἶναι τοῦ τόπου. εἰ δὲ ἡγνόουν, διαφέρειν μὲν οὐκ ἀπαιτῶ<sup>ε)</sup> δῆσομαι· πλὴν τὸ μίσθωμα οὐκ ἀπαιτῶ. τοῦτο γὰρ Λαβέων καὶ Σέρβιος, καὶ Σαβίνος. [Sch. p. II. 459. sq.]

Κυρίλλου. Ὁ πίθους κεκλασμένους μισθῶν, κὰν ἡγνόει, κατέχεται. ὁ δὲ μισθῶν τόπον εἰς τὴν βοσκήν, ἔχοντα θανασίμους βοτάνας, εἰ ᾗδαι, τὸ διαφέρειν ἀπαιτεῖται· εἰ δὲ ἡγνόει, μισθὸν οὐκ ἀπαιτεῖ. [Sch. p. II. 460.]

δίδεται τῷ μισθωτῷ ὁ ἐξοπλισμός<sup>ε)</sup> Ἐντεῦθεν σκοπεῖται, τίνα εἰωθεν ὁ μισθώσας ἀγρὸν ὀνόματι ἵστρον-

mortua sunt, si quidem sciens, in id, quod interest, teneor: sin ignorabam, pensionem fundi non petam.

Fundo locato, instrumentum conductori praestatur<sup>2)</sup>, utputa praelum et trapetum funibus instructa: dominus enim instruere ea debet, et praelum reficere. Quodsi culpa coloni quid eorum corruptum sit, actioni ex locato locus est. Cetera quoque, quae ad trapetum pertinent, dominus praestat, exceptis fiscis, in quibus olea premitur. Praestat autem et dolia vinaria, eaque conductor picat. Haec autem obtinent, nisi si quid aliud nominatim convenierit.

Si locator pactus sit, ut frumenti modum certo pretio acciperet<sup>3)</sup>, et cunctetur accipere, ex locato quidem agit totius summae nomine, habetur autem ratio, si quid conductoris intersit, frumentum potius, quam pecuniam dare. Idem autem fit, etsi ex conducto agatur.

Si inquilinus ostium fecerit<sup>4)</sup>, vel quaedam alia aedibus adiecerit, per actionem ex conducto ea tollit, cautione praestita, ne pristinam faciem laedat.

Si inquilinus arcam aeratam intulerit<sup>5)</sup> et domus aditum coangustaverit, ex conducto tenetur, et ad exhibendum actione, ut sumtibus suis aditum praestet ad arcam tollendam, sive scierit, sive ignoraverit.

Si coenaculo in annum conducto<sup>6)</sup>, pensionem integram solvero, et sexto mense ruerit vel exustum sit, residuum repeto, non conditione indebiti, sed ex conducto actione: non enim per errorem, sed prorogavi, sive in antecessum dedi. Veluti si quis, cum deberet aureos decem, per errorem quindecim solverit, actionem ex conducto non habet, sed solam conditionem indebiti.

Si exceptor pro mercede mecum manserit<sup>7)</sup>, et ante tempus ego decessero, anni merces ei debetur, si eodem anno ab alio mercedem non acceperit. Idem dicendum est de assessore Praesidis defuncti: salarium enim residuum accipit, si modo alteri non assederit.

1) quamvis ignarus dolia vitiosa locavero] Dolia tibi locavi, ignorans pertusa aut quassa. Vinum in eis a te repositum effluxit. Tenebor tibi ex conducto in id, quod interest, nec utar excusatione propter vitii ignorantiam. Hoc enim Cassius vult. Aliud est, si locum ad pascendum idoneum locavi tibi, in quo herbae quaedam noxiae erant. Hic enim, si oves demortuae sint, vel etiam deteriores factae, quod interest, praestabo, si talem esse loci naturam sciero. Sin autem ignoravero, quod quidem interest, a me non exigitur: sed pensionem non petam. Hoc enim Labeo, et Servius, et Sabinus.

Cyrilli. Qui dolia quassata locat, licet ignoraverit, tenetur. Qui vero locum pascuum locat, in quo herbae sunt mortiferae, si scivit, quod interest praestabit: si autem ignoravit, mercedem non petet.

2) instrumentum conductori praestatur] Inde spectatur, quatenam fundi locator soleat instru-

ε) εἰ μὲν εἰδώς deest in Syn. Harm. εἰ μὲν ᾗδαι. δ) ἀγροῦ deest in Syn. et Harm. Lege τοῦ ἀγρ. ε) Sic Fabr. Legendum videtur μισθώσαντος. Fabr. antea habet σινώσει. f) L. 19. §. 6. tota legitur in Syn. p. 218. Usque ad ἀναλαμβάνω τὸ λοιπὸν exhibetur apud Harm. III. 8. §. 23. e Proch. tit. XVII. §. 16. g) Syn. ἔλω. Leuncl. in marg. ὅλον. Postea adde τοῦ ante μισθώσαντος. h) Syn. ὥς. i) Usque ad ἔλαβε παρ' ἐτέρου exhibetur in Syn. p. 218. k) Syn. τῷ addit, sed post αὐτῷ ponit. Fabr. τῷ omittit.

μέντου παρέχειν τῷ μισθωσάμενῳ, καὶ ἂ μὴ δοθέντα ὑπεύθυνον τῇ κοινούκῳ ποιῇ τὸν μισθώσαντα. [Sch. q. II. 460.]

Κυρίλλου. Ὑποτινόμενα ἀπαιτεῖται ὁ ἀγρὸν μισθώσας, καὶ τὸν βιάδην, ἐλασιτριβεῖον μετὰ σχοινίων. εἰ δὲ μὴ ἡ, ἀγοραζέτω, καὶ τὸν βιάδην ἀγορεύτω. εἰ δὲ τι αὐτῶν κοιλίᾳ τοῦ κολωνοῦ φθαρῇ, κατέχεται. τοὺς σπαρίδας, οἷς θλίβεται ἡ ἐλαία, οὐκ ἀπαιτεῖται. εἰ δὲ τοῖς κανόσι τισὶ θλίβεται, καὶ τὸν βιάδην, καὶ τὸ δοκίον, καὶ τύμπανον, καὶ κοιλίους<sup>kk</sup> καὶ τὸ χαλκίον, εἰς ὃ βρέχονται αἱ ἐλαίαι, ἀπαιτεῖται, ὥσπερ καὶ πύλους οἰνηροῦς. [Sch. q. II. 460.]

στίτου ποσὸν λαμβάνειν] Ἐμισθώσῃ τινι ἀγρὸν ἐπὶ νομίμασιν ἐτησίαις ρ'. συνεφωνήθη δὲ, ὥστε ἀντὶ τῶν ν'. νομίματων χιλίους δίδωσθαι μοι μολίους στίτου καθ' ἕκαστον ἔτος. περαιωθέντος τοῦ ἐνιαυτοῦ οὐ βούλομαι λαβεῖν τοὺς χιλίους μολίους ἀντὶ τῶν ν'. νομίματων· ἐπειδὴ τυχὸν εὐφορία γέγονε, ὥστε τοῖς λ'. νομίμασι νῦν πιπράσκεισθαι χιλίους αἴτου μολίους. τῇ μὲν οὖν ἀκριβείᾳ ἐπὶ τοῖς ρ'. νομίμασι δύναμαι κινεῖν τὴν λοκάτην· ἀκούονθον δὲ ἐστὶν ὁφικίῳ τοῦ δικαστοῦ, λόγον γίνεσθαι εἰς ὅσον διαφέρει τῷ μισθωσάμενῳ, ἐν οἷῳ ἄλλον, ἢ ἐν χρήμασι τὴν ἡμῶν τοῦ μισθωματος καταβαλεῖν· διαφέρει δὲ αὐτῷ δηλονότι εἰς κ'. νομίματα, διὰ τὸ τοῖς λ'. νομίμασι τοὺς αἴτου χιλίους πιπράσκεισθαι. ταῦτα δὲ γενήσεται, εἰ καὶ ὁ μισθωσάμενος κινεῖ τὴν κοινούκῳ. βουλομένης οὖν ἐργῶ παραδοθῆναι τὰ συμφωνηθέντα, ἀναγκασθῆσθαι τοὺς χιλίους μολίους λαβεῖν, καὶ τὴν συμφωνηθεῖσαν διατήρησιν λογίζεσθαι. [Sch. r. II. 460.]

Κυρίλλου. Εἰ ὁ μισθώσας συμφωνήσῃ κατ' ἔτος τοὺς δέκα μολίους στίτου ι'. νομίμασι λαμβάνειν, καὶ μὴ ἀνέχεται λαβεῖν στίτον, εἰ τι διέφερεν, λογίζεται τῷ κολωνῷ. [Sch. r. II. 461.]

εἰ ἂν ὁ μισθωτὸς ποιήσῃ θυρίδας] Ἐμισθώσῃ σοι οἰκίαν. εἰσελθὼν εἰς αὐτὴν εὖρες ἐρημον τὸν οἶκον θυρίδων, σπείκων καὶ ἐτέρων τινῶν. ταῦτα προστέθεικας τῇ οἰκίᾳ. ζητοῦμεν, εἰ ἔχεις κατ' ἐμοῦ τὴν κοινούκῳ, ἀπαιτῶν με τὴν ἐπὶ τοῖς δαπανῇ. καὶ φησὶν ὁ Λαβέων, εἰς τοῦτο μόνον ἀρμόζειν σοι τὴν κοινούκῳ, εἰς τὸ δύνασθαι περιελεῖν τὰ ἐπιτεθέντα, ὥστε σε ἐπερωτηθῆναι τὴν δάμνιν ὑφέκῃ, ἵνα μὴ πως ἐν τῷ λαμβάνειν ταῦτα χεῖρωνα ποιήσῃς τὴν οἰκίαν, ἀλλὰ ἵνα τὴν ἀρχαίαν ὄψιν φυλάξῃς ἐπὶ σχήματος. [Sch. s. II. 461.]

Κυρίλλου. Εἰ ὁ ἑνοικὸς θυρίδας καὶ πύλωνα προσθήσῃ τῷ οἴκῳ, κινεῖ κοινούκῳ ἐπὶ ἀφαιρέσει αὐτῶν, ἐπερωτώμενος τὴν δάμνιν ὑφέκῃ. [Sch. s. II. 461.]

εἰσαγάγῃ κιβωτὸν κεχαλκωμένον] Τὴν δίαταν τοῦ ἐμοῦ οἴκου ἐμισθώσῃ τινι. οὗτος δὲ εἰσῆγαγεν ἐν αὐτῇ κιβωτὸν κεχαλκωμένον. μετὰ δὲ ταῦτα τὴν εἰσόδον καὶ τὸν πύλωνα ἐστένωσα, ὥς μὴ εἶναι εἰκόλον τῷ μισθωσάμενῳ βουλομένη τὴν κιβωτὸν ἐξαγαγεῖν. οὐ μόνον κατασχεθῆσθαι τὴν κοινούκῳ, ἀλλὰ ἔξει κατ' ἐμοῦ καὶ τὴν ἀδ' ἐξιβένδου, εἴτε ἥδιν εἰσενεχθῆναι ἐκεῖ τὴν κιβωτὸν, εἴτε ἡνῶσιν. ὁφικίον γὰρ ἔσται τοῦ δικαστοῦ, ἀναγκάσαι με πλάτναι τὸν πύλωνα, καὶ παρῆσθαι ἐξέρχων τῷ ἐνοίκῳ, πρὸς τὸ μετακομίσαι τὴν κιβωτὸν, δαπανήμασι δηλονότι ἐμοῦ τοῦ μισθώσαντος. [Sch. t. II. 461.]

Κυρίλλου. Εἰ ἄρχων ὁ μισθωτὸς ἐν τῷ μισθωθέντι οἴκῳ εἰσῆγαγεν, καὶ ὁ δεσπότης ἐστένωσε τὴν θύραν εἰδὼς ἢ ἀγνοῶν, κατέχεται κοινούκῳ καὶ ἀδ' ἐξιβένδου, ἵνα πλατύνῃ τὴν θύραν οἰκείοις δαπανήμασι. [Sch. t. II. 461.]

εἰ ἂν δίαταν εἰς ἐνιαυτὸν μισθωσάμενος] Μισθωσάμενός τις οἰκίαν ἐπὶ ἐνιαυτὸν, ἐντεῦθεν ἡδὴ προκατέβαλε τοῦ παντός ἐνιαυτοῦ τὸ ἐνοίκιον. μετὰ δὲ ἕξ μῆνας αἰσίου γνησιότητος κατέπευσεν ἡ οἰκία, ἢ ὑπὸ πυρὸς ἑδαπνήθη. τὸ ἐνοίκιον τῆς ἐτέρας ἑξαμήνου διὰ τῆς κοινούκῳ, ὥς ὁ Μέλας φησὶν, δύναται ὑπεπετελεῖσθαι, οὐ μὴν διὰ τοῦ ὑνδέρβιτι κοινούκῳ. οὐδὲ γὰρ κατὰ πλάνην πλέον δέδωκε τῶν ἐποφειλομένων, ἀλλὰ ἀπὸ εὐγνωμοσύνης, ἵνα τὸ προκαταβληθὲν εἰς τὴν μίσθωσιν αὐτῷ λογισθῇ. οὐδεὶς δὲ λέγει τὴν πρὸς εὐγνωμοσύνην ὑνδέρβιτι εἶναι καταβολήν. Ἐτέρων τι ἐστίν, εἰ τις ι'. νομίματα μισθωσάμενος οἰκίαν, κατέβαλε ιε'. ἐνταῦθα γὰρ, εἰ κατὰ πλάνην ταῦτα δέδωκε, νομίμασι ιε'. νομίμασι μεμισθώσθαι, ἐπὶ τοῖς περὶ τοὺς πέντε οὐ τὴν κοινούκῳ, ἀλλὰ τὸν ὑνδέρβιτι πρὸς ὑπεπετελῶντα κινεῖ κοινούκῳ. μετὰ τὸ γὰρ τοῦ κατὰ πλάνην παρέχοντος καὶ τοῦ ὑνδέρβιτι τὸ μισθώμα προκαταβάλλοντος, πολλὴ τις ἐστὶν ἡ διαφορά. ὁ μὲν γὰρ εἰδὼς πρὸ τοῦ χρόνου δίδωκε τὸ ἐποφειθόμενον· τοῦ δὲ ὡς πεπλανημένου δέκνυται γνώμη. [Sch. u. II. 461. sq.]

kk) Lege κοιλίας.

menti nomine conductori praestare, quaeque, si non praestentur, locatorem conducti obligent.

Cyrelli. Qui agrum locavit, instrumenta praestat, et praelum, trapetum cum funibus. Si autem non sit, emat, et praelum reficiat. Quodsi quid eorum culpa coloni corruptum sit, tenetur. Fiscos, quibus olea premitur, non praestat. Quodsi regulis quibusdam prematur, et praelum, et suculam, et tympanum, et trochleas, et aenum, in quo olea lavatur, praestat, sicut et dolia vinaria.

3) ut frumenti modum — acciperet] Locavi cuidam fundum centum nummis annuis. Convenit autem, ut singulis annis mille modios frumenti loco quinquaginta nummorum acciperem. Finito anno nolo modios mille accipere pro nummis quinquaginta: quia forte ubertas contigit, ita ut nummis triginta mille frumenti modii iam veneant. Summo iure igitur centum quidem nummos possum ex locato petere: iudicis autem officio convenit, ut ratio habeatur, quanti conductoris intersit, in frumento potius, quam in pecunia dimidium pensionis solvere: interest autem eius in viginti, quia nunc mille modii frumenti nummis triginta veneant. Haec autem et tunc obtinent, cum conductor ex conducto agit. Si ergo pactum conventum impleri velim, mille modios accipere, et aestimationem, de qua convenit, reputare compellat.

Cyrelli. Si convenit, ut locator quotannis decem modios frumenti pro nummis decem acciperet, nec frumentum velit accipere, colono imputatur, quod eius interest.

4) si inquilinus ostium fecerit] Locavi tibi domum. Eam ingressus nec fenestras, nec specularia, neque alia quaedam invenisti. Haec tu domui adiecisti. Querimus, an actionem ex conducto adversus me habeas, qua sumtus in haec erogatos a me petas. Et Labeo ait, ad hoc tantum competere tibi ex conducto actionem, ut tollere possis, quae adiecisti: sic tamen, ut damni infecti caveas, ne aliquo modo, dum haec auferas, deteriore domum facias, sed ut pristinam faciem in eodem statu serves.

Cyrelli. Si inquilinus fenestras et ostium aedibus adiecerit, ex conducto agit, ut tollere ea liceat, praestita cautione damni infecti.

5) arcam aeratam intulerit] Coenaculum aedium mearum alicui locavi. Ille autem arcam aeratam in eas intulit. Postea aditum et ostium coangustavi, ut inquilino abire volenti facile non sit arcam exportare. Non solum ex conducto tenebor, sed etiam ad exhibendum actionem adversus me habebit, sive scierim arcam ibi illatam, sive ignoraverim. Nam officium iudicis erit, ut cogat me, ostium dilatate et facultatem praestare inquilino ad arcam transvehendam, sumtibus scilicet meis, qui locavi.

Cyrelli. Si inquilinus arcam in aedes conductas intulerit, et dominus ostium coangustaverit sciens, vel ignorans, tenetur ex conducto et ad exhibendum, ut ianuam suis sumtibus dilatet.

6) si coenaculo in annum conducto] Quidam, cum in annum domum conduxisset, pensionem totius anni prorogavit. Post sex menses autem terrae motu domus corruit, vel incendio consumpta est. Pensionem ceterorum sex mensium repetere potest, ut Mela ait, actione ex conducto, non indebiti conditione. Non enim per errorem plus dedit, quam deberetur, sed bona fide, ut quod prorogabat, ei in pensionem imputaretur. Nemo autem dixerit, id, quod bona fide solvitur, indebiti esse solutionem. Aliud est, si quis, cum decem aedes conduxisset, quindecim solverit. Hic enim, si per errorem solvit, dum putat, se quindecim conduxisse, quinque superflua non actione ex conducto, sed indebiti conditione repetet. Nam inter eum, qui per errorem solvit, et eum, qui integram pensionem prorogavit, magna differentia est. Hic enim sciens ante tempus solvit, quod debitor erat: illius autem sententia error esse intelligitur.

Κυρίλλου. Ὁ κατὰ πλάνην πλείονα μισθὸν δεδοκώς, ἐπειτενεῖ. ὁ δὲ ἐν προαίτια δεδοκώς, εἰ συμβῇ καὶ τὸν οἶκον, κοινούκτι μόνον κινεῖ. [Sch. u. II. 462.]

ἐὰν νοτάριος ἐπὶ μισθῷ παραμείνῃ μοι] Ἐξέκτιω τις ἐμισθώσας τὰς οἰκίας ὁπώρας ἐπὶ ἐνιαυτὸν τυχὸν ἀρχοντὶ τινὶ Ἀκύλᾳ λεγομένῳ ἐπὶ ἐτησίῳν νομισμάτων δέκα. συνέβη τὸν ἀρχοντα τελευτῆσαι τῷ 5. τυχὸν μηνί. ζητοῦμεν, εἰ καὶ τοῦ ἐξῆς χρόνου τὸ μίσθωμα ἀπαιτεῖν δύναται. καὶ γέγονεν Ἀντωνίνου καὶ Σεβήρου διατάξεις, πρὸς δέξιν αὐτοῦ τοῦδε<sup>1)</sup> ἐξέκτιωτος ἔχουσα οὕτως. Ὅποτε λέγεις, οὐ διὰ σοῦ ἐμπεποδισθῆναι τὰς ὁπώρας τὰς σὰς τῷ Ἀκύλᾳ παρέχουσιν, εἰ ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ τὰς σὰς οὐκ ἐμισθώσας ὁπώρας, οὐδὲ μισθὸν ἔλαβες παρὰ τινος, τὴν πίστιν τοῦ συναλλαγματος δικαίον ἐστὶ πληροῦσθαι. τούτῳ, παρασχεθῆναι σοι τοῦ παντός ἐνιαυτοῦ τὸν μισθόν. καὶ Παπινανὸς δὲ ἐπὶ συνέδρων τοῦτο ἐτρακτίσας. φησὶ γὰρ, εἰ ὁρίσω σαλάριον τοῖς ἐμοῖς συνέδροις εἰς ἀρχὴν παραγγελίας, τελευτήσω δὲ μετὰ τὸν χρόνον τῆς ἀρχῆς, τοῦ ὑπολοίπου χρόνου οἱ ἐμοὶ κληρονόμοι παρέξουσιν αὐτοῖς τὸ σαλάριον, εἰ μὴ ἄρα συνέβη, ἐτέρους αὐτοῖς ἐν τῷ λοιπομένῳ μέρει τοῦ ἐνιαυτοῦ καθεσθῆναι. [Sch. x. II. 462.]

Κυρίλλου. Εἰ ἐξέκτιωτα μισθώσομαι, ἢ ἀκολουθῶντες ἄρχων ὢν, καὶ πρὸ τοῦ χρόνου τελευτήσω, ὅλον τὸν μισθὸν ἀπαιτοῦσιν, εἰ ἄλλῳ ἑαυτοὺς μὴ ἐμισθώσαν. [Sch. x. II. 462.]

L. 20. κ'. Ὡς ἡ πρῶσις, καὶ μίσθωσις συνίσταται ὑπὸ D. XI. X. 2. αἴρεσιν, οὐ μὴν καὶ δωρεᾶς χάριν<sup>1)</sup>. ἔσθ' ὅτε μόνος ὁ μισθωσάμενος ἐνέχεται. ὥς ὅταν ὁ ἀγοραστής μισθώσῃται τὸν ἀγρόν, ἕως οὗ καταβάλῃ τὸ τίμημα.

ὥς ἡ πρῶσις] Ὡςπερ ἡ πρῶσις, οὕτω καὶ ἡ μίσθωσις ὑπὸ αἴρεσιν γίνεσθαι δύναται. δωρεᾶς δὲ χάριν γενομένη μισθωσις ἀχρηστος. ὅλον ἐὰν μισθώσῃ σοι τὸν ἐμὸν οἶκον ἐπὶ τῷ μηδὲν παρὰ σοῦ λαμβάνειν. [Sch. y. II. 462.]

Κυρίλλου. Καὶ πρῶσις καὶ μισθωσις συνίσταται ὑπὸ αἴρεσιν, οὐ μὴν δωρεᾶς χάριν. [Sch. y. II. 462.]

οὐ μὴν καὶ δωρεᾶς χάριν] Δονατίωνος καὶ οὐκ ἐξορῶται πρῶσις, οὐδὲ ἀγορασία. κατὰ κοινὸν γὰρ λαβεῖν τὸ κοινέσιον<sup>2)</sup>. καὶ ὅτι δονατίωνος καὶ οὐκ ἐξορῶται πρῶσις, φθασίας ἐδίδαξεν ὁ Οὐλπιανὸς ἐν τῷ α'. τιτ. διγ. λη. τοῦ βιβ. ιη'. ἔργον δὲ, ὅτι τότε οὐκ ἐξορῶται ἡ πρῶσις δωρεᾶς χάριν γενομένη, ὅτε σκοπὸν εἴχῃ τὸ πᾶν τίμημα παραχωρηθῆσαι τῷ πρῶτῳ<sup>3)</sup>, οὐ μὴν ἐνθα τοιοῦτω σκοπῷ τὸ πλείονος ἀξίον ἐλάττωτος πέπρακε. εἰ μὴ ἄρα μετὰ τὸν ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἐν συνεστώτῃ τῷ γάμῳ ἡ τοιαύτη γένηται δωρεᾶ. τοῦτο γὰρ φησιν Οὐλπιανὸς ἐν προσηρημένῳ διγ. εστ. [Sch. z. II. 462. sq.]

ἕως οὗ καταβάλῃ τὸ τίμημα]. Κυρίλλου. Ὁ ἀγοραστής μισθωσάμενος τὸν ἀγρόν ἕως οὗ τὸ τίμημα καταβάλῃ<sup>4)</sup>, οὐκ ἐνάγει. ὅτε δὲ καταβάλῃ, κατὰ ἀναλογίαν τοῦ παρελθόντος χρόνου ἀπαιτεῖται τὸν μισθόν. καὶ ὁ ὑπὸ κομισσορίου τύπον ἀγοράσας καὶ μισθωσάμενος τὸν ἀγρόν, εἰ ὑποπέσει, τῇ λοκάτῃ ἐνάγεται. [Sch. a. II. 463.]

Στέφανος. Ἀκεπιλατίονα δὲ ποιεῖ ἐπὶ τῷ μισθῷ δηλονότι ἐπερωτῶν αὐτὸν πρότερον καὶ νοβοτατεύων εἰς τὴν βέρεβρις, ἥτις ἀκεπιλατίων τὴν ἐνοχὴν ἀναιρεῖ, ὥς ἐν τῷ τελευταίῳ τιτ. τῆς γ'. ἰνστιτ. τὸ δὲ ποιοῦν τὴν ζήτησιν ἐν τῷ παρόντι θέματι τοῦτο ἐστὶ. ἐπειδὴ γὰρ τὰ μετὰ τὴν πρῶσιν τῷ πράγματι προσγινόμενα διαφέρουσιν τῷ ἀγοραστῇ, ἐκόςως ἐξήγησε, μὴ ἄρα οφείλει ἀπαιτεῖσθαι τὸν μισθὸν τοῦ μετὰ τὴν πρῶσιν δραμόντος χρόνου. φησὶν οὖν, ὅτι ἡ ἀγαθὴ πίστις ἀπαιτεῖ φυλάττειν τὸ γινόμενον σύμφωνον. ἀλλ' ἀγοραστής ἄχρι τοῦ χρόνου, καθ' ὃν τοῦ πράγματος κατέβαλε τίμημα, ἀπαιτεῖται τὸν μισθόν. ἔργον δὲ, ὅτι τόκος τοῦ τιμηματος οὐ δίδεται, καθ' ὃ μῆτε αὐτὸς λαμβάνει τοὺς καρπούς. [Sch. a. II. 463.]

L. 21. κα'. Ἰαβολένος. Καὶ τὴν ἀναλογίαν δίδωσι τοῦ D. cod. χρόνον, καθ' ὃν οὐκ ἔδωκε τὸ τίμημα.

L. 22. pr. καβ'. Παυλ. Εἰ δὲ γένηται τὸ πᾶγμα ἄπρατον D. cod. μὴ διδομένου τοῦ τιμήματος, ἢ κατὰ τοῦ μισθωτοῦ ἀγωγή ἀρμόζει.

1) Adde τοῦ. 2) Usque ad δωρεᾶς χάριν L. 20. legitur est ὁ πρῶτης. 3) Fabr. in marg. supplet: ἐνέγεται, αὐτὸς δέ.

Cyrelli. Qui per errorem pensionis nomine plus solvit, repetit. Qui vero prorogavit, si domus incendio consumpta sit, ex conducto tantum agit.

7) si exceptor pro mercede mecum manserit] Quidam exceptor operas suas in annum forte locaverat magistratui cuidam, Aquilae nomine, nummis decem annuis. Accidit, ut sexto forte mense magistratus vita decederet. Quaerimus, an sequentis temporis mercedem petere possit. Et ab Antonino et Severo ad preces huius exceptoris in hunc modum rescriptum est. Cum per te non stetisses dicas, quominus operas tuas Aquilae praestares, si eodem anno operas tuas non locasti, nec mercedem ab alio accepisti, fidem contractus impleri aequum est: hoc est, mercedem totius anni tibi praestari. Verum et Papinianus hoc tractavit in assessoribus: ait enim, si salarium assessoribus meis constituerem, cum magistratum capesserem, et medio tempore magistratus decessero, heredes mei residui temporis salarium eis praestabunt, si modo reliquo tempore anni aliis non assederint.

Cyrelli. Si exceptorem conduxero, vel comites in magistratu constitutus, et ante tempus decessero, integram mercedem petent, si aliis operam suam non locaverint.

XX. Sicut venditio<sup>1)</sup>, ita et locatio sub conditione contrahitur, nec vero donationis causa<sup>2)</sup>. Interdum solus conductor obligatur: veluti cum emtor fundum conduxerit, donec pretium solvat<sup>3)</sup>.

1) sicut venditio] Sicut venditio, ita et locatio sub conditione fieri potest. Donationis autem causa facta locatio inutilis est: utputa si aedes meas sic tibi locavero, ut nihil a te reciperem.

Cyrelli. Et venditio et locatio sub conditione contrahitur, nec vero donationis causa.

2) nec vero donationis causa] Donationis causa facta emtio et venditio non valet. Nam de conductione quoque accipe, quod de emtione dicitur. Donationis causa venditionem factam non valere, iam docuit Ulpianus tit. I. dig. 38. lib. 18. Certum autem est, venditionem donationis causa factam tunc non valere, cum venditori propositum fuit, totum pretium remittere, non etiam cum viliori pretio rem maiore dignam vendidit: nisi forte inter virum et uxorem constante matrimonio eiusmodi donatio facta est: hoc enim ait Ulpianus dicto digesto.

3) donec pretium solvat] Emto, qui fundum conduxit, donec pretium exsolvat, convenitur, non etiam agit. Cum autem solverit, pro portione praeteriti temporis mercedem praestat. Et qui fundum conduxit, quem sub commissoria lege emerat, si legem commiserit, ex locato convenitur.

Stephanus. Mercedem autem acceptam fert, interposita scilicet stipulatione et obligatione in verborum obligationem deducta, quae acceptilatio obligationem tollit, ut tit. ult. lib. 3. Institut. Dubitationem autem praesenti casu hoc movit. Quoniam enim, quae post venditionem rei accedunt, ad emtorem pertinent, merito quaesivit, an merces temporis, quod venditionem insecutum est, ab eo peti possit. Ait igitur, bonam fidem exigere, ut servetur pactum conventum. Sed emto usque ad tempus, quo rei pretium solvit, mercedem praestat. Usurae autem pretii non praestantur, quia neque ipse fructus percipit.

XXI. Iavolenus. Et mercedem praestat pro portione eius temporis, quo pretium non solvit.

XXII. Paul. Sin autem pretio non soluto res inemta facta sit, ex locato actio competit.

in Syn. p. 218. 3) Fabr. in marg. ζῆμτιο. 2) Legendum



᾽Οσάκις<sup>p)</sup> ἐπὶ τῷ γενέσθαι τι δέδοται, μίσθωσίς ἐστιν.

Εἰ δὲ καὶ παρὰσχῶ ἔδαφος ἐπὶ τῷ οἴκῳ γενέσθαι δαπανήμασι τοῦ τεχνίτου, μετέρχεται εἰς ἐμὲ ἢ τῶν γενομένων δεσποτεία, καὶ ὅμως μίσθωσίς ἐστίν· μισθοῦ γὰρ τὰς ὑπηρεσίας αὐτοῦ.

Φυσικῶς<sup>q)</sup> καὶ ἐν τῇ πράξει καὶ ἀγορασίᾳ, καὶ τῇ μισθώσει καὶ ἐκμισθώσει<sup>r)</sup> περιγράφομεν ἀλλήλους ἐν τῷ ποσῷ.

᾽Οσάκις ἐπὶ τῷ γενέσθαι τι δέδοται.] Ἐάν σοι ποιητόν τι παρὰσχῶ, μίσθωσίς ἐστι τὸ τοιοῦτον. οἷον δέδωκά σοι τόπον ἐπὶ τῷ οἴκῳ οἰκοδομήσαι ἐν αὐτῷ, καὶ ὥστε σε οἰκέοις δαπανήμασι πάντα ποιῆσαι, δηλονότι μετὰ τὸ πέρας τοῦ ἔργου ληγόμενος χίλια νομίσματα. ἀγοράζων σὺ τὰς ὕλας, τὴν μὲν τούτων δεσποτείαν ἐπ' ἐμὲ μεταφέρεις, τὸ ἔργον παραδιδούς, καὶ οὐδὲν ἥτιον μισθωσίς ἐστι τὸ πρᾶγμα, οὐ μὴν πρᾶξις τῶν ὑλῶν. μισθοῖς γὰρ σὺ ὁ τεχνίτης τὰς σαντοῦ ὁπέραις, τουτέστι, τὴν οἰκοδομίαν τοῦ ἔργου. ἐπειδὴ γὰρ κανὼν ἐστίν ὁ λέγων· εἰκεὶ τὰ ἐπικείμενα τοῖς υποκειμένοις, δεσπότης γίνεται τῶν ὑλῶν τοῦ ἐδάφους δεσπότης. καὶ εἰκότως μίσθωσίς ἐστιν, ὡς αὐτοῦ δῆθεν δοκούντος καὶ τὰς ὕλας τῷ τεχνίτῃ παρεσχηκέναι. καὶ τοῦτο σαφῶς ὁ Οὐλπιανὸς βιβλ. ζ'. τῶν διγεστ. tit. α'. διγ. λθ'. φθάσας ἐδίδαξεν. [Sch. b. II. 463.]

Κυρίλλου. Ὁ διδούς τι ποιητόν, οἷον ἔδαφος, ἵνα κτίσῃ ἐξ ἰδίων ὑλῶν, λοκάτι κινεῖ. [Sch. b. II. 464.]

καὶ ἐν τῇ πράξει καὶ ἀγορασίᾳ.] Ὡς περ ἐπὶ τῆς πράξεως καὶ τῆς ἀγορασίας φυσικῶς συγκεχωρηται τὸ πλείονος ἄξιον ἥτινος ἀγοράζειν, καὶ τὸ ἥτινος πλείονος πιπράσκειν, καὶ οὕτως ἀμοιβὰδὸν ἀλλήλους περιγράφειν· οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν μισθώσεων καὶ ἐκμισθώσεων ἐπιτέτριπται τοῦτο ποιεῖν, ὅθεν μισθώσεως γενομένης, οὐκ ἀνατρέπεται ἐπὶ τῷ προσήματι ἐλάττωτος ποσότητος, ἐν ᾧ μηδὲ εἰς δόλος ἐλέγχεται τοῦ ἀντιδίκου. ὥστε οὐν δόλου γενομένου καὶ ἡ μείωσις τοῦ μισθώματος ἀνατρέπει τὸ συναλλάγμα. ἥνικα δὲ δόλου καθαρῶς οἱ συναλλάττοντες, μείωσις μισθώματος οὐκ ἀκροῦ τὴν μισθώσιν. [Sch. c. II. 464.]

Κυρίλλου. Ἐπὶ πράξεως καὶ μισθώσεως ἐφεῖται εἰς τὸ σύμφωνον περιγράφειν ἀλλήλους, ἄνευ δόλου μέντοι. [Sch. c. II. 464.]

κγ'. Ἐρμogene. s) Καὶ οὐκ ἐκ τούτου ἀνατρέπεται ἢ μισθωσίς, εἰ μὴ γέγονε δόλος.

εἰ μὴ γέγονε δόλος.] Τοιοῦτον δόλον θεμάτισον. τυχόν ἀπὸ τοῦ ἐνοικίου λαμβάνων νομίσματα κδ'. ἤτησά τοι με, βιβλοαμφιάτης ὢν, ἢ ῥάπτῃς, ἢ λεπτομεγῆς, ἢ καλλιγράφος, ἵνα τὰ μὲν ιβ'. νομίσματα ἀπ' αὐτοῦ εἰσπράττω, τὰ δὲ ἑτέρα ιβ'. νομίσματα χαρίζω αὐτῷ, καὶ δουλεύει μοι, ἔνθα αὐτοῦ σχῶ χρεῖαν. τούτου δὲ γενομένου, ἐκείνος κατὰ δόλον καὶ περιέργον γνώμην αὐτοῦ συμπασθείας ἀξιούμενος, οὐκ ἐποίησε τὴν δουλείαν. [Sch. d. II. 464.]

κδ'. i) Παυλ. Ἐὰν συμφωνήθῃ, κυρωθῆναι τὸ ἔργον δοκιμασίᾳ τοῦ δεσπότη, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ δοκιμασίαν ἐπιζητοῦμεν. u) οὐκ ἔχει δὲ ὁ τοιοῦτος ἄδειαν τὸν χρόνον ἐκτείνειν, ἐν ᾧ τὸ ἔργον συμφωνήθῃ γενέσθαι, ἀλλὰ μόνον τὸ ἔργον δοκιμάζει v).

Τὰ πράγματα τοῦ μισθωσαμένου τὸν ἀγρὸν παρὰ τοῦ μισθωτοῦ οὐχ ὑπόκεινται τῷ μισθώσαντι μισθωτῷ. οἱ μέντοι καρποὶ ὑπόκεινται, ὥς περ εἰ ὁ πρῶτος μισθωτὸς ἔλαβεν αὐτούς.

Ἐάν w) ἐπὶ χρόνον μισθώσω σοι ἀγρὸν ἢ οἶκον, καὶ πρὸ πέραςτος ἐσθῆς αὐτόν, δύναμαι παραχρῆμα

Quoties faciendum aliquid datur<sup>1)</sup>, locatio est. L. 22. §. 1. D. XIX. 2.

Sed et si solum praestitero ad domum impensa §. 2. fabri aedificandam, dominium eorum, quae facta sunt, in me transit, et tamen locatio est: locat enim operas suas.

In emtione et venditione<sup>2)</sup>, locatione et con- §. 3. ductione naturaliter in quantitate invicem nos circumvenimus.

1) quoties faciendum aliquid datur] Si quid tibi faciendum dederō, locatio est. Utpote, dedi tibi locum, ut in eo domum aedificares, et ut omnia impensa tua faceres, accepturus scilicet post opus perfectum nummos mille. Materiam emens, huius quidem dominium ad me transfers opere tradito, et nihilominus locatio est, non materiae venditio. Locas enim artifex operas tuas, id est, opus inaedificandum. Quoniam enim regula est, quae dicit, superficiem solo cedere, soli dominus materiae dominus efficitur. Et merito locatio est, quasi scilicet et materiam ipsam fabro dedisse videatur. Id Ulpianus iam manifeste docuit lib. 6. Digest. tit. 1. dig. 39.

Cyriilli. Qui aliquid faciendum dat, puta solum, ut ibi ex materia sua aedificet, ex locato agit.

2) in emtione et venditione] Quemadmodum in emtione et venditione naturaliter permissum est, quod pluris est, minoris emere, et quod minoris est, pluris vendere, et ita invicem se circumscribere: ita et in locationibus et conductionibus id facere permittitur: ideoque locatio contracta praetextu minoris quantitatis non rescinditur, si nullus dolus adversarii arguatur. Itaque si dolo factum sit, ut pensio minueretur, contractus rescinditur. Si autem contrahentes dolo careant, pensionis imminutio contractum non infirmat.

Cyriilli. In venditione et locatione circa conventionem licet invicem se circumvenire, sine dolo tamen.

XXIII. Hermogen. Nec ideo locatio rescinditur, L. 23. nisi dolus intercessit<sup>1)</sup>. D. eod.

1) nisi dolus intercessit] Finge eiusmodi dolum intercessisse. Qui pensionis nomine nummos viginti quatuor accipiebat, rogavit me, cum librorum compactor esset, aut sarcinator, aut faber tignarius, aut scriba librarius, ut duodecim nummos ab eo acciperem, et duodecim reliquos ei remitterem, seque ministerium mihi praestitutum, si eius opera mihi necessaria esset. Quo facto dolo et mala mente misericordia dignus habitus, ministerium non praebuit.

XXIV. Si convenerit<sup>1)</sup>, ut arbitrato domini L. 24. pr. opus approbetur, boni viri arbitrium desideramus. D. eod. Eiusmodi autem arbiter facultatem non habet prorogandi tempus, intra quod opus fieri convenit, sed opus tantum probat.

Res eius, qui fundum a conductore conduxit<sup>2)</sup>, §. 1. non obligantur ei, qui priori conductor locavit. Fructus tamen obligantur, quemadmodum si primus conductor eos percepisset.

Si ad tempus tibi locavero<sup>3)</sup> fundum vel do- §. 2. 3. mum, et tempore nondum finito ipsam deserueris,

p) L. 22. §. 1. totidem verbis legitur apud Harm. III. 8. §. 24. e Proch. tit. XVII. §. 17. q) L. 22. §. 3. legitur in Syn. p. 218. r) καὶ ἐκμισθώσει deest in Syn. s) L. 23. iisdem verbis legitur in Syn. p. 218. t) L. 24. pr. iisdem verbis legitur apud Harm. III. 8. §. 25. e Proch. tit. XVII. §. 18. u) Harm. addit: τὸ αὐτό, καὶ εἰς τὴν δοκιμασίαν ἐτέρου τὸ ἔργον ἀγώγων. v) δοκιμάζειν Harm. w) L. 21. §. 2. 3. aliis verbis exhibentur ab Attal. tit. 13. fin.

κινεῖν. καὶ περὶ ὧν πρὸ συμπληρώσεως δεῖ σε ποιῆσαι, ἐνάγω, τυχὸν ἐπὶ τῷ φιλοκαλῆσαι, ἢ φυτεῦσαι.

L. 24. §. 4. 'Ο \* ) μισθωτὸς πρὸ τῆς πενταετίας ἐβαλλόμε-  
D. XIX. 2. νος, παραχρῆμα περὶ πάσης τῆς πενταετίας ἐνάγει· εἰ  
καὶ<sup>1)</sup> ἀνέχεται αὐτὸν ὁ δεσπότης εἰς τοὺς ἐξῆς ἐνιαυ-  
τοὺς νευθῆναι. εἰ γὰρ ὑπῆλθεν ἑτέραν μίσθωσιν,  
καὶ πρὸς τὰς δύο ἱκανὸς οὐκ ἔστιν, αὐτὸς μὲν οὐ  
δίδωσι τὸ μίσθωμα, λαμβάνει δὲ τὸ διαφέρον. εἰ δὲ  
πρὸς ὀλίγας ἡμέρας ἐκωλύθη καὶ οὐδὲν ἐβλάβη, οὐ-  
δὲν κουφίζεται.

Κινεῖται ἡ κατὰ τοῦ<sup>2)</sup> μισθώσαντος ἀγωγή, καὶ  
ἐνθα μὴ φυλάττει τὰ συμφωνηθέντα ὁ μισθώσας, ἢ  
κωλύει νευθῆναι τὸν μισθωτὸν<sup>3)</sup>, ἢ ἕτερος δυνάμε-  
νος ὑπὸ τοῦ μισθώσαντος κωλύεται.

§. 5. 'Εὰν ἐνισταμένης τῆς μισθώσεως διατιθέμενος ὁ  
μισθώσας εἴπῃ, ἐλευθερωθῆναι τὸν μισθωτὸν, εἰ μὲν  
κωλύεται νέμεσθαι, κινεῖ τὴν κατὰ τοῦ μισθώσαντος  
ἀγωγήν· εἰ δὲ μὴ συγχωρεῖται τὸν μισθόν, ἔχει τὴν  
ἐκ διαθήκης βοήθειαν.

ἐὰν συμφωνήσῃ.] 'Εμισθώσῃ σοι οἶκον κατασκευα-  
σέον εἰς ἐνιαυτὸν, τοῦτον μισθώσει ἐντεθέντος τοῦ ἔργου,  
ὥστε κρίσει ἐμῇ τὸ ἔργον δοκιμασέσθαι. οὕτως ὀφείλει ταῦτα  
τὰ ἔργα νοεῖσθαι, ὥστε εἰ ἐνεγράφη, ἀνδρὸς ἀγαθοῦ με-  
σιτεία κρίνεσθαι τὸ ἔργον. τὸ αὐτὸ νοούμεν, εἰ καὶ μὴ εἴπον,  
ἐμὲ δοκιμασεῖν τὸ ἔργον, ἀλλὰ Τίτιον, ἢ ἕτερόν τινα. ἢ γὰρ  
καλῇ πίστις βούλεται, ὥστε τὴν κρίσιν τοῦ ὀνομασθέντος εἰς  
ἀνδρὸς ἀγαθοῦ δοκιμασίαν ἀναφέρεσθαι· ταύτην δὲ τὴν δο-  
κιμασίαν λαμβάνεσθαι ἐπὶ τῇ ποιότητι τοῦ ἔργου, οὐ μὴ καὶ  
εἰς τὸ ἐπεκταθῆναι τὸν ἐπὶ τῇ κατασκευῇ συμφωνηθέντα χρό-  
νον· εἰ μὴ ἄρα καὶ τοῦτο ἐξ ἀρχῆς ἐνετέθη τῷ συμφωνῶντι.  
ἐπειδὴ δὲ πρὸς πολλὴν πίστιν ἢ τοιαύτη δοκιμασία λαμβάνεται,  
εἰ συμβῇ ἐμὲ τὸν δεσπότην ἦρουν καὶ τὸν ὀνομασθέντα ὑπὸ  
τοῦ μισθωσαμένου δελεασθέντα κρίναι τὸ ἔργον, ὥς οὐ καλῶς  
ἔχονσα ἄκρος ἢ κρίσις ἔσται, καὶ κινήσεται κατὰ τοῦ μισ-  
θωσαμένου ἢ λοκότη. [Sch. e. II. 464.]

Τοῦτο νόησον, ἐνθα καὶ τὴν προσηγορίαν ἰδικῶς εἶπεν τοῦ  
ὀφειλόντος δοκιμασῆαι<sup>α)</sup> τὸ ἔργον. οὕτως εἶπε διὰ τὸ σαφῶς  
εἰρημένον τῷ Γαίῳ ἐν ἀρχῇ τοῦ κε'. διγ. τοῦ παρόντος τίτλου.  
[Sch. e. II. 465.]

Κυρίλλου. Εἰ ὁ μισθώσας ἔργον εἴπῃ, κρίσει αὐτοῦ ἢ  
Τιτίου τοῦτο δοκιμασθῆναι, ὥς ἀνὴρ ἀγαθὸς τοῦτο δοκιμά-  
ζει. ἐπεκτείνειν δὲ τὴν τοῦ ἔργου ἡμέραν οὐ δύναται. [Sch. e.  
II. 465.]

τὰ πράγματα τοῦ μισθωσαμένου.] Ἀγρὸν ἐμι-  
σθώσῃ σοι ἐπὶ νομισμάτων ἐτησίαν ὅ. σὺ δὲ τοῦτον ἐμισθώ-  
σας Τίτῳ. τὰ μὲν εἰσενεχθέντα παρὰ σοῦ πράγματα ἐν ταύτῃ  
τῷ ἀγρῷ υποκείται μοι λόγῳ τοῦ μισθώματος. εἰ δὲ σὺ μὲν  
οὐδὲν εἰσῆγαγες, ὁ δὲ παρὰ σοῦ μισθωσάμενος εἰσεκόμισεν  
ἐνταῦθα πράγματα, οὐχ υποκίσταται ἐμοὶ τῷ α'. λοκότηρι  
ἔνεκα τοῦ μισθώματος τὰ αὐτοῦ πράγματα, ἐπειδὴ σοί, οὐ  
μὴν ἐκείνῳ τὸν ἀγρὸν ἐμισθώσα. οἱ δὲ ληφθέντες ὑπὸ τοῦ  
μισθωσαμένου κατὰ δευτέραν τάξιν καρποὶ υποκίσσονται λόγῳ  
ἐνεχύρου τῷ μισθώσαντι, ὥστε εἰ ἔτυγον ληφθέντες ὑπὸ  
σοῦ κατὰ προτέραν τάξιν μισθωσαμένου. [Sch. f. II. 465.]

Κυρίλλου. Τὰ πράγματα τοῦ μισθωσαμένου ἀγρὸν οὐχ  
ὑποκείται τῷ δεσπότην· οἱ δὲ καρποὶ ἀεὶ ὑποκινεῖται. [Sch. f.  
II. 465.]

ἐὰν ἐπὶ χρόνον μισθώσω σοι.] Ἀγρὸν ἢ οἶκον  
ἐμισθώσῃ σοι ἐπὶ πενταετίαν εἰς ὅ. νομισμάτα. ἐὰν ἐν τῷ  
δευτέρῳ ἢ τρίτῳ ἐνιαυτῷ καταλείψῃς τὸν οἶκον, ἢ τοῦ ἀγροῦ  
τὴν γεωργίαν, δύναμαι κινεῖν ἐντεῦθεν ἡδὴ περὶ τοῦ δια-  
φέροντος· οἷον ὥστε τυχὸν οἰκοδομήσαι τι, καθὼ ἐπακτεύθῃ,  
ἢ ἀμπέλους μεταφυτεύσαι. [Sch. g. II. 465.]

Κυρίλλου. Εἰ καταλείπει τὸν οἶκον ὁ ἔνοικος, ἢ ὁ κολω-  
νὸς τὴν γεωργίαν, καὶ πρὸ τοῦ χρόνου τῆς μισθώσεως ἐνάγεται.  
[Sch. g. II. 465.]

possum statim agere. De his etiam, quae ante tem-  
pus locationis finitum facere debuisti, ago, forte ut  
aliquid reficias aut plantes.

Colonus<sup>4)</sup> ante quinquennium expulsus, statim  
totius quinquennii nomine agit: etsi reliquis annis  
dominus eum frui patiatur. Si enim aliam condu-  
ctionem suscepit, nec duabus sufficit, ipse quidem  
pensionem non solvit, et id, quod interest, conse-  
quitur. Quodsi paucis diebus prohibitus sit, neque  
ullum damnum passus sit, nihil ei remittitur.

Ex conducto agitur<sup>5)</sup>, et cum locator placita  
non servat, vel ipse conductorem prohibet, vel alius,  
qui a locatore prohiberi potest.

Si durante adhuc locatione<sup>6)</sup> locator testamento  
iusserit conductorem liberari, si quidem possidere pro-  
hibeatur, ex conducto agit: sin autem merces ei non  
remittitur, ex testamento actionem habet.

1) si convenerit.] Locavi tibi domum aedifican-  
dam intra annum, ea lege locationi inserta, ut arbi-  
tratu meo opus approbetur. Haec verba ita accipienda  
sunt, ac si scriptum esset, ut boni viri arbitratu opus  
probaretur. Idem intelligimus, si non dixi, me opus  
probaturum, sed Titium, vel alium quendam. Nam bona  
fides vult, ut arbitrium eius, qui nominatus est, ad boni  
viri arbitrium referatur: arbitrium autem illud perti-  
neat ad qualitatem operis, non ad prorogandum tem-  
pus operi faciundo praestitutum: nisi forte et hoc ab  
initio pacto comprehensum sit. Quoniam autem eius-  
modi approbatio ex bona fide fieri debet, si dominus  
aut qui nominatus est, a conductore inductus opus  
approbaverit, approbatio tanquam iniqua erit irrita,  
et adversus conductorem agetur ex locato.

Hoc accipe, si nomen eius, qui opus approbaturus  
est, specialiter expresserit. Sic dicas propter id, quod  
manifeste ait Gaius principio dig. 25. huius tituli.

Cyrilli. Si is, qui opus faciendum locavit, adiecerit,  
ut id arbitratu ipsius vel Titii approbaretur, tanquam  
vir bonus id probat. Diem autem operi faciundo prae-  
stitutum prorogare non potest.

2) res eius, qui — conduxit.] Fundum tibi  
locavi nummis centum annuis: tu vero eundem Titio  
locasti. Res quidem a te in hunc fundum illatae pen-  
sionis nomine mihi obligatae sunt. Quodsi nihil intule-  
ris, qui autem a te conduxit, res illic importaverit,  
res eius mihi primo locatori pensionis nomine non obli-  
gabuntur, quoniam tibi, nec vero illi fundum locavi.  
Fructus autem a posteriore conductore percepti locatori  
pignoris iure tenebuntur, quemadmodum si a te priore  
conductore percepti essent.

Cyrilli. Res eius, qui fundum conduxit, domino non  
obligantur: fructus autem semper obligantur.

3) si ad tempus tibi locavero.] Fundum vel  
domum in quinquennium nummis centum tibi locavi. Si  
secundo vel tertio anno domum deseras, vel fundi cul-  
turam, possum inde agere de eo, quod mea intersit:  
veluti ut aliquid aedifices, uti pacto comprehensum est,  
vel ut propagationes vitium facias.

Cyrilli. Si inquilinus d. m. deseruerit, vel colo-  
nus culturam, etiam ante tempus locationis finitum  
convenitur.

α) L. 24. §. 4. legitur in Syn. p. 219. γ) Syn. pro εἰ καὶ habet καὶ. ζ) τοῦ cum Syn. inserui. α) Syn. μισθόν.  
Leuncl. in marg. μισθωτόν. αα) Fabr. δοκιμασθῆναι.